val de. ℣. Ulu la te pastores, et

clama te; aspergite vos cine-

re. * Quia

## IN II. NOCTURNO.

Aña. 4. E levami ni portæ æternales; et

introi bit Rex gloriæ. Ps. Domini est...

5. tono. Ant. 5. Credo vide re bona

Domini in terra viventium. Ps. Dominus...



4. tono. Aña. 6. Domine abstraxisti ab

infe ris a nimam meam. Exaltabo...

8. tono. ℣. Tu autem Domine miserere mei.
℟. Et resuscita me, et retribuam eis.

℟. 4. 7. ton. Resces sit pastor nos ter fons

a quæ vi væ, ad cu-

jus transitu m Sol obs cura-

tus est: nam et ille captu s e-


st, qui captivum tene bat primu-
m homi nem. * Ho di e po-
r ta s mor tis, et se ras pa riter
Salvator nos ter di sru-
pit. ℣. Destru xi t quidem claustra in-
fer ni, et subvertit potentias di-
a bo li. Ho di e




℟. 5.
8. ton.
O vos omnes, qui transitis per vi am,
attendite, et vide te: * Si est
do lor si mi lis sicut dolor
me us. ℣. Attendi te uni-
versi popu li, et vide te do lorem
me u m. * Si est do lor.
℟. 6.
5. ton.
Caligave runt ocu li me i






## IN III. NOCTURNO.




4. tono.


℟. 7.
4. ton.
Ec ce quomodo moritur jus tus,
et ne mo percipi t cor de: et viri
justi tollun tu r et ne mo con si-
de rat. A faci e iniquita ti s
subla tus e st jus tus. * Et e rit
in pa ce memo ri a e jus. ℣. In
pace factus est locus e jus, et




in Sion habita tio e jus. * Et
e rit. ℟. 8.
4. ton.
Esti matus su m
cum descendentibus in la cum. Fac-
tus sum si cut ho mo sine ad juto-
ri o inter mor tu o s
li ber. ℣. Posuerunt me in la-
cu infe ri o ri, in tenebrosis, et in


umbra mor tis. * Fac tus sum.
℟. 9. 2. ton.
Agnus Dei Chris tus immola-
tu s est pro sa lu te mun-
di nam de parentis protoplas ti
fraude factor condo lens: Quando
po mi noxi a lis morsu in
mor tem corru it: ipse lignum tunc no-




ta vit. * Damna lig ni ut
solve ret. ℣. Lus tris sex qui jam peractis
tempus implens corporis: se volente natus ad
hoc, passi oni dedi tus, Agnus in Cruce le-
vatur, immolan dus sti pi te. * Da..
IN LAUDIBUS.
℟. Ag nus..
Aña. 1.
O mors ero mors tua, morsus tu us

ero inferne. Ps. Mise rere... 4. tono.

Aña. 2. Plangent eum quasi uni genitum qui

à innocens Dominus occisus est. Ps. Judi ca

me.. 4. tono. Aña. 3. Atten dite uni-

versi popu li, et vide te dolorem meum.

Ps. Deus Deus. 7. tono. Aña. 4. A por-

ta inferi e rue Domine animam meam.

Ps. Ego dixi... 2. tono. Aña. 5. O vos om-



nes qui transitis per vi am, attendite et vi-

dete, si est dolor sicut dolor meus. Ps. Lau-

date.. 8. tono. AD BENEDICTUS.

Aña. 1. Mulie res sedentes ad monumen-

tum, lamenta bantur flentes Dominum.

Kyrie, ut in Cœna Domini.

Cant. Benedictus. 1. tono.

Ad Vesp. Ant. Tota dicatur ante Psalmum.

Alle luja al leluja alleluja. Ps. Lauda-

te Dominum. 6. tono. Ad Mag. Antiph. Vespere




## AD ALTARIA ABLUENDA.

*Feria quinta in Coena Domini, post comestionem utriusque mensae, hora idonea, fiat signum cum tabula ad Altaria abluenda. Quo audito, Praelatus praeparet se ad hoc officium cum his Ministris, scilicet, Diacono, et Subdiacono, et Ceroferariis, et aliis duobus, quorum unus deferat situlam cum aqua, et alter scopam, ex aliquibus ramis arborum, et linteum, et hi omnes induantur albis: Priore, et Diacono habentibus stolas, et manipulos, et Subdiacono manipulum. Quibus praeparatis fiat secundum signum; et tunc Fratres conveniant in Choro, et sic praecedentibus Ceroferariis, et subsequentibus post eos illis, qui aquam, et scopam deferunt: deinde Subdiacono cum ampulla vinaria, et Diacono cum libello, quem tenere debet coram Priore ad Orationes dicendas, Praelatus procedat ad majus Altare abluendum, cumque illuc pervenerit, Cantor voce mediocri (in qua totum hoc Officium fieri debet) incipiat ℟.* In monte Oliveti: *cum suo ℣. (ut ad Matutinum, pág. 18.) et Conventus utrumque prosequatur, cum resumptione: quod etiam in caeteris Responsoriis cantandis ad hoc officium observetur.*

*Dum cantatur ℟. primum:* In monte, *qui situlam defert, effundat aquam super magnam mensam Altaris, si consecrata fuerit, vel super mensam Altaris portatilis, si Altare non fuerit consecratum: quo facto Prior accipiens scopam, ea lavet Altare; deinde à Fratre deferente linteum extergatur; postmodum Prior scopam Fratri reddat, et accepta ampulla de manu Subdiaconi, in modum crucis vinum effundat super Altare. Finito Responsorio Cantor incipiat Antiphonam de Sancto, vel Sanctis illis, in cujus, vel quorum memoriam Altare constructum est, et Conventus ipsam prosequatur: qua finita, Ceroferarii (Cantore eis deferente) dicant ℣. de Sancto, vel Sanctis illis, et Prior Orationem ex libello, quem coram ipso tenebit Diaconus. Deinde procedatur ad caetera Altaria, quae sunt in Ecclesia. Eodem modo fiat per singula Altaria, Cantore, post terminationem Orationis, incipiente inmediate singula ℟. (ut ad Matutinum, pág. 20) secundum ordinem ipsorum, dum procedunt ad singula Altaria: deinde Antiphona de Sancto, vel Sanctis, et ℣. et Oratio, ut praedictum est, dicatur.*

*Ubi aptitudo loci permiſerit, praecedente Priore cum Miniſtris ad Altaria, Conventus cantando Reſponſoria gregatim ſequatur: et ad Altare, quod lavatur, ſeorſim* ℟. *cum Antiphona cantetur. Si vero non fuerit locus ad procedendum idoneus, Praelatus cum Miniſtris ad Altaria procedat: et quae cantanda ſunt à Conventu, in Choro cantentur.*

*Cum ad ultimum Altare procedendum fuerit, inchoetur* ℟. Circumdederunt. *Et ſi Altaria fuerint plura, quam decem, dicto* ℟. Revelabunt, *reſumantur de antedictis, prout neceſſe fuerit: et ad ultimum Altare* ℟. Circumdederunt, *reſervetur. Si vero pauciora fuerint Altaria, quam Reſponſoria, cantentur tot, quot neceſſaria fuerint, reliqua intermittantur, et* ℟. Circumdederunt, *ultimo cantetur.*

*Reſponſorium decimum, quod ſemper ad ultimum Altare cantandum eſt.*









## ANTIPHONAE, VERSICULI, ET ORATIONES

*In Altarium ablutione cantandae, non eo ordine, quo collocatae ſunt, ſed juxta Altarium diſpoſitionem in quolibet Conventu.*

*Si aliquis Conventus habet alia privata Altaria, quae hic notata non sint, poterunt pro eis accipi Antiphonae de Communi.*

*Ad Altare Majus dicatur Antiphona, et Oratio Titularis Ecclesiae.*

*Ad Altare Sanctissimi Crucifixi. Antiphona.*




℣. Dicite in nationibus.
℟. Quia Dominus regnavit à ligno.

OREMUS.

Deus, qui pro nobis Filium tuum Crucis patibulum subire voluisti, ut inimici à nobis expelleres potestatem: concede nobis famulis tuis, ut resurrectionis gratiam consequamur. Per eundem.



*Ad Altare Sanctissimi Nominis Jesu. Antiphona.*




℣. In nomine Jesu omne genuflectatur.
℟. Caelestium, terrestrium, et infernorum.

OREMUS.

Sancti nominis tui, Domine, timorem pariter, et amorem fac nos habere perpetuum, quia numquam tua gubernatione destituis, quos in soliditate tuae dilectionis instituis. Qui vivis.

*Ad Altare Sanctissimi Rosarii. Antiphona.*




℣. Speciosa facta es, et suavis.
℟. In deliciis tuis, sancta Dei Genitrix.

OREMUS.

Supplicationem servorum tuorum, Deus miserator, exaudi: ut qui in commemoratione Sanctiſsimi Rosarii Dei Genitricis, et Virginis congregamur: ejus intercessionibus à te de instantibus periculis eruamur. Per eundem.

*Ad aliud Altare Beatissimae Virginis. Antiphona.*



Sancta De i Ge nitrix Virgo semper



Mari a: intercede pro no bis ad Domi-



num De um nostrum.

℣. Ora pro nobis sancta Dei Genitrix, &c.

OREMUS.

Protege Domine, famulos tuos subsidiis pacis, et beatae Mariae semper Virginis patrociniis confidentes, à cunctis hostibus redde securos. Per Christum.

*Ad Altare Sanctorum Angelorum. Antiphona.*



Archangeli Micha ë lis interventi o-





ne su ffulti, te, Domine, depreca mur,



ut quos hono re prose quimur, continga-



mus et mente.

℣. Adorate Deum. ℟. Omnes Angeli ejus.

OREMUS.

Deus, qui miro ordine Angelorum ministeria, hominumque dispensas: concede propitius, ut à quibus tibi ministrantibus in coelo semper assistitur, ab his in terra vita nostra muniatur. Per Christum.

*Ad Altare Sancti Joannis Baptistae. Antiphona.*



In ter na tos muli erum non surrexit ma-



jor Jo anne Baptista.

℣. Fuit homo missus à Deo.
℟. Cui nomen erat Joannes.

OREMUS.

Praesta quaesumus, omnipotens Deus, ut familia tua per viam salutis incedat; et Beati Joannis Praecursoris hortamenta sectando, ad eum, quem praedixit, secure perveniat: Christum Dominum nostrum.

*Ad Altare Sancti Dominici P. N. Antiphona.*



Pi e Pa ter Do mi nice, tu o-



rum me mor o perum: sta co ram summo



ju dice pro tu o cœ tu pau perum.

℣. Ora pro nobis Beate Pater Dominice, &c.

OREMUS.

Deus, qui Ecclesiam tuam beati Dominici Confessoris tui Patris nostri illuminare dignatus es meritis, et doctrinis: concede, ut ejus intercessione temporalibus non destituatur auxiliis, et spiritualibus semper proficiat incrementis. Per Christum.

*Ad Altare Sancti Petri Martyris. Antiphona.*



Petrus novus incola, Cœlos laure a tus





ascendit, aure ola triplici do tatus.

℣. Gloria, et honore coronasti eum, Domine, &c.

OREMUS.

Præsta quæsumus omnipotens Deus: ut beati Petri Martyris tui fidem congrua devotione sectemur: qui pro ejusdem fidei dilatatione, martyrii palmam meruit obtinere. Per Christum.

*Ad Altare Sancti Pii V. Antiphona.*



Pi us instar fa cis se culum



il lu minat, ut in vi am pa cis



pe des nostros di ri gat.

℣. Ora pro nobis beate Pie.

OREMUS.

Deus, qui ad conterendos Ecclesiæ tuæ hostes, et ad divinum cultum reparandum beatum Pium Pontificem Maximum eligere dignatus est, fac nos ipsius defendi præsidiis, et ita tuis inhærere obsequiis, ut omnium hostium superatis insidiis, perpetua pace lætemur. Per Christum.

*Ad Altare Sancti Antonini Archiep. Florentini. Antiphona.*



Be a tus Antoni nus ad præsulatum qua-



si ad cruci atum raptus, doctri na, et



mo ribus gregem su um pavit.

℣. Amavit eum Dominus, et ornavit eum, &c.

OREMUS.

Sancti Antonini, Domine, Confessoris tui, atque Pontificis meritis adjuvemur: ut sicut te in illo mirabilem prædicamus, ita in nos misericordem fuisse gloriemur. Per Christum.

*Ad Altare Sancti Tomæ de Aquino. Antiphona.*



O Tho ma, laus, et glo ri a Præ-



dicato rum Ordinis; nos transfer





ad cœ les ti a professor sa cri



nu mi nis.

℣. Ora pro nobis, beate Thoma, &c.

OREMUS.

Deus, qui Ecclesiam tuam Beati Thomæ Confessoris tui, atque Doctoris mira eruditione clarificas, et sancta operatione fœcundas: da nobis quæsumus, et quæ docuit, intellectu conspicere, et quæ egit, imitatione complere. Per Christum.

*Ad Altare Sancti Vicentii Confessoris. Antiphona.*



Ad sit no bis propi tius in hu-



jus vi tæ ve spere ad Christum



nos Vin cen ti us tu to fe rens i ti-



nere.

℣. Amavit eum Dominus, &c.

OREMUS.

Deus, qui gentium multitudinem mira beati Vincentii Confeſſoris tui prædicatione ad agnitionem tui nominis venire tribuisti: præsta quaesumus, ut quem venturum judicem nunciavit in terris, præmiatorem habere mereamur in cœlis, Christum Dominum nostrum.

*Ad Altare Sancti Hyacinthi Confeſſoris. Antiphona.*



Tuum, Domine, fac senti amus auxi-



li um qui be a ti Hya cinthi de-



℣. Ora pro nobis, beate Hyacinthe, &c.

poscimus patro cini um.

OREMUS.

Deus, qui beatum Hyacinthum Confessorem tuum in diversis nationum populis operum sanctitate, et miraculorum gloria fecisti conspicuum; da nobis, ut ejus in melius reformemur exemplis, et in adversis protegamur auxiliis. Per Christum.



*Ad Altare Sancti Raymundi Confeſſoris. Antiphona.*



Pi is Raymun di pre cibus



educ nos, Do mine, de do mo ser-



vitutis pec ca ti in liberta tem glo ri



℣. Justum deduxit Dominus per vias, &c.

æ fili o rum tu orum.

OREMUS.

Deus, qui beatum Raymundum Pœnitentiæ sacramenti insignem ministrum elegisti, et per maris undas mirabiliter traduxisti, concede, ut ejus intercessione, dignos pœnitentiæ fructus facere, et ad aeternæ salutis portum pervenire valeamus. Per Christum.

*Ad Altare S. Ludovici Bertrandi Conf. Antiphona.*



Qua si me ridi anus Ful gor con-

D



sur get ti bi ad ves peram,



et cum te con sumptum pu ta-



veris, ori e ris ut Lu-



cifer.

℣. Ora pro nobis Beate Ludovice.

OREMUS.

Deus, qui beatum Ludovicum Confessorem tuum per corporis mortificationem, et fidei præconium, Sanctorum gloriæ coæquasti; præsta, ut quod fide profitemur, pietatis operibus jugiter impleamus. Per Christum.

*Ad Altare S. Catharinæ Senensis. Antiphona.*



Ad sedes regni faci at transi re superni vir-





go fovens meri tis nos Cathari na suis.

℣. Specie tua, et pulchritudine tua, &c.

OREMUS.

Deus, qui beatæ Catharinæ virginitatis, et patientiæ speciali privilegio decoratæ, malignantium spirituum certamina vincere, et in amore tui nominis inconcusè permanere tribuisti: concede quæsumus, ut ejus imitatione, calcata mundi nequitiâ, et omnium hostium superatis insidiis, ad tuam securè gloriam transeamus. Per Christum.

*Ad Altare Sanctæ Rosæ Limensis. Antiphona.*



Ro sa, so ror nostra, be ne sit no bis prop-



ter te, et vi vat a nima nostra ob



gra ti am tu i.

℣. Ora pro nobis, beata Rosa, &c.

OREMUS.

Bonorum omnium, largitor, omnipotens Deus, qui beatam Rosam, cœlestis gratiæ rore præventam, virginitatis, et pa-

tientiæ decore, Indis florescere voluisti; da nobis famulis tuis, ut in odorem suavitatis ejus currentes, Christi bonus odor effici mereamur. Per eundem Christum.

*Ad Altare S. Agnetis de Monte Polit. Antiphona.*




℣. Diffusa est gratia in labiis tuis, &c.

OREMUS.

Deus, qui beatam Agnetem Virginem tuam cœlesti rore sæpe perfundere, et orationis ejus loca diversis enatis floribus decorare dignatus es: concede propitius, ut ejus precibus perpetuo tuæ benedictionis rore conspersi, æternitatis fructus percipere mereamur. Per Christum, &c.

*Ad Altare S. Catharinæ de Ricciis. Antiphona.*









℣. Ora pro nobis, beata Catharina.

OREMUS.

Domine Jesu Christe, qui beatam Catharinam Virginem tui amore succensam Passionis contemplatione clarescere voluisti; ejus intercessione concede, ut Passionis mysteria devotè recolentes, ejus fructum percipere mereamur. Qui vivis et regnas, &c.

*Ad Altare Omnium Sanctorum O. N. Antiphona.*















℣. Orate pro nobis Sancti, et Sanctæ Dei.

OREMUS.

Deus, qui Praedicatorum Ordinem copioſa ſanctorum ſobole foecundare dignatus es, atque in ipſis heroica omnium virtutum merita ſublimiter coronaſti: da nobis illorum ſequi veſtigia, ut quos veneramur in terris, perpetua feſtivitate aſſociemur in cœlis. Per Chriſtum, &c.

*Ad Altare S. Mariæ Magdalenæ. Antiphona.*












℣. Optimam partem elegit ſibi Maria.
℟. Quæ non auferetur ab ea.

OREMUS.

Largire nobis, clementiſſime Pater, ut ſicut beata Maria Magdalena Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum ſuper omnia diligendo ſuorum obtinuit veniam peccatorum: ita nobis apud miſericordiam tuam ſempiternam impetret beatitudinem. Per eumdem Chriſtum.

*Ad Altare B. M. Joannæ de Aza. Antiphona.*







℣. Ora pro nobis, Beata Joanna.

OREMUS.

Deus, qui Beatæ Joannæ famulæ tuae gratiam ſupernæ vocationis filii ſui Dominici mirabiliter oſtendiſti; quæſumus, ut

ipsam, præmonstratumque filium imitantes, pio utriusque interventu æterna premia consequamur. Per Christum.

*Ad Altare unius, vel plurim. Apostolorum. Antiphona.*



Estote fortes in bello, et pugna te



cum an tiquo serpen te, et ac ci pi e tis



regnum æter num, dicit Dominus.

℣. In omnem terram exivit sonus eorum, &c.

OREMUS.

Protege, Domine, populum tuum, et Apostoli tui *N.* (*vel* Apostolorum tuorum *NN.*) patrocinio (*vel* patrociniis) confidentem perpetua defensione conserva. Per Christum.

*Ad Altare unius Martyris. Antiphona.*



Qui me confessus fue erit co ram homi-





nibus confitebor et ego e um co ram Pa-



tre meo.

℣. Gloria, et honore coronasti eum Domine.

OREMUS.

Adesto, Domine, supplicationibus nostris, ut qui ex iniquitate nostra reos nos esse cognoscimus, beati *N.* martyris tui (atque Pontificis, *si fuerit Pontifex*) intercessione liberemur. Per Christum Dominum nostrum.

*Ad Altare plurimor. Martyrum. Antiphona.*



Justorum autem a nimæ in manu De i sunt,



et non tanget il los tormentum malitiæ.

℣. Lætamini in Domino, & exultate justi.

OREMUS.

Præsta quæsumus, omnipotens Deus, ut qui gloriosos Martyres fortes in sua confessione cognovimus; pios apud te in nostra intercessione sentiamus. Per Christum Dominum nostrum.

*Ad Altare unius Confeſſoris. Antiphona.*



Simila bo e um viro sa pi en-



ti, qui ædi fica vit domum suam su-



pra petram.

℣. Amavit eum Dominus, et ornavit eum, &c.

OREMUS.

Exaudi, Domine, preces noſtras, & interveniente Beato *N.* Confeſſore tuo (*Si fuerit Pontifex*, atque Pontifice), ſupplicationes noſtras placatus intende. Per Chriſtum.

*Ad Altare unius Doctoris. Antiphona.*



Do mine, quinque talenta tradidiſti



mihi: ecce a lia quinque ſu per-





lu cra tus ſum.

℣. Juſtum deduxit Dominus per vias rectas.

OREMUS.

Deus, qui populo tuo æternæ ſalutis beatum N. miniſtrum tribuiſti, præſta quæſumus, ut quem Doctorem vitæ habuimus in terris, interceſſorem habere mereamur in cœlis. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

*Ad Altare unius Virginis, et Martyris. Antiphona.*



Ve ni ſponſa Chris ti, accipe coronam, quam



tibi Dominus præpa ravit in æ ternum.

℣. Diffuſa eſt gratia in labiis tuis, &c.

OREMUS.

Indulgentiam nobis, quæſumus, Domine, beata N. Virgo, et Martyr imploret, quæ tibi grata ſemper extitit, et merito caſtitatis, et tuæ profeſſione virtutis. Per Chriſtum Dominum.

*Ad Altare unius Virginis non Martyris. Antiphona.*



Hæc est virgo sa piens, et una de nume-



℣. Adducentur Regi Virgines post eam.

ro prudentum.

OREMUS.

Exaudi nos, Deus, salutaris noster, ut sicut de beatæ. N. Virginis tue commemoratione gaudemus, ita piæ devotionis erudiamur affectu. Per Christum.

*Ad Altare unius Viduæ. Antiphona.*



Ve ni e lecta mea, et ponam



in te thronum meum, quia concupivit



℣. Adjuvabit eam &c.

Rex spe ciem tuam.

OREMUS.

Tuorum corda Fidelium, Deus, miserator illustra: et beatæ N. precibus gloriosis, fac nos prospera mundi despicere, et cœlesti semper consolatione gaudere. Per Christum.

# AD MANDATUM

## PERAGENDUM.

*Finita Altarium ablutione, Conventu in Choro residente, Prælatus, et Ministri in Sacristiam revertentes, depositis sacris vestibus, redeant ad Chorum: deinde vadant omnes ad Capitulum, Priore more solito præcedente, ubi fiat brevis sermo. Qui reciturus est sermonem, facto signo à Prælato, accedat pro Benedictione.*

*Finito sermone Prælatus cum Coadjutoribus sibi deputatis vadat in Sacristiam, et Fratres interim ad ablutionem pedum se præparent, providentes, ne aliquid in eis tunc appareat, quod in oculis secularium, cum ibidem convenerint, reprehensibile videatur.*

*Procuratoris vero erit providere, ut aqua, et vasa necessaria ad Mandatum cum sufficientibus linteis hora competenti sint præparata, uti et de Fratribus Conversis, qui aquam, et vasa Prælato, et Coadjutoribus ejus ministrent. Prior vero induens Camisiam decentem, non notabiliter brevem, præcingat se linteo à Sacrista præparato: similiter Coadjutores induant Camisias juxta loci consuetudinem, et sic veniant in locum Capituli. Cumque ad medium Capituli pervenerint, Prior stans inter Coadjutores verso vultu ad Crucifixum, dicat humili voce sine* Oremus: *hanc Orationem.*

## ORATIO.

Actiones nostras, quæsumus Domine, aspirando præveni, et adjuvando prosequere: ut cuncta nostra oratio, et operatio à te semper incipiat, et per te cœpta finiatur. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

*Qua Oratione terminata: Cantor incipiat Antiphonam sequentem:* Dominus Jesus, *et Versum:* Deus misereatur nostri: *et Conventus prosequatur, quæ cantanda sunt, Cantore semper*